UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

230. Rationem reddendam de quolibet verbo otioso.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56533

Visual Library

I. VEnite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. *Matth. 11. v. 28.*

II. Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde: & invenietis requiem animabus veſtris. *Matth. 11. v. 29.*

III. Iugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve. *Matth. 11. v. 30.*

MEDITATIO CCXXX.

Didagma XXXVI. Rationem reddendam de quolibet verbo otioſo.

I. PRogenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, cùm ſitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono theſauro profert bona: & malus homo de malo theſauro profert mala. *Matth. 12. v. 34. & 35.*

II. Dico autem vobis, quoniam omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo, in die judicij. *Matth. 12. v. 36.*

III. Ex verbis enim tuis juſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. *Matth. 12. verſ. 37.*